



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

Privilegium Et Facultas Adm. R. P. Præpositi Provincialis Soc. Jesu per Provinciam superioris Germaniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

PRIVILEGIUM ET FACULTAS
Adm. R. P. Præpositi Provincialis
Soc. JESU per Provinciam superio-
ris Germaniæ.

CUM Sacræ Cæsareæ Majestatis rescripto, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis, quamcunque librariam negotiationem exercentibus seriò, firmiterque inhibeat, ne quisquam libros à Societatis JESU Patribus editos, vel in posterum edendos, intra S. R. Imperii, Regnorum & Dominiorum suæ Cæsareæ Majestatis hæreditariorum fines, simili vel alio characteris genere, aut forma sive in toto, sive in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi jam impressos adducere, vendere, & distrahere, clam seu palam, citra consensum ac testimonium supra dictorum Patrum audeat vel præsumat; Ideo Ego Benedictus Painter Societatis JESU per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, juxta potestatem mihi ab Adm. Reverendo Patre nostro Joanne Paulo Oliva, ejusdem Societatis JESU Præposito Generali factam, Domino Joanni Casparo Bencard, Typographiæ Dilinganæ Possessori, & Bibliopolæ Academico, ejusque Hæredibus seu Successoribus, omnes prædictæ Typographiæ hæcenus concessas, & usurpatas facultates concedo, libros à Patribus nostræ Societatis conscriptos, singulariter

R. P. Ernici Pirhing S. I. Commentarium in quinque Libros Decretalium. &c. &c. &c.

Cæteròsque omnes tam Scholasticos, quam non Scholasticos antehac Dilingæ, cum simili Cæsareo Privilegio editos, & in futurum scribendos, cum Consensu Societatis JESU recudendi, vel de novo edendi, liberam potestatem

PRIVILEG. ET FACULTAS.

statem facio. Eidemque & ipsius hæredibus Privilegium Cæsareum Societati nostræ concessum, eatenus indulgeo, ut Societate, & ipso invito, nemo supradictos libros recudere, nemo intra Sacri Romani Imperii fines, & hæreditarias Sacræ Cæsareæ Majestatis Provincias importare, aut venum exponere audeat.

Et quia ex prædictis libris jam antea editis, aliquos sine licentia Societatis Jesu, in grave nominatæ Typographiæ, & prædicti D. Joannis Caspari Bencard præjudiciū, & detrimentum, nonnulli recudere præsumperunt; Eidem D. Joanni Casparo Bencard de damnis illatis querenti omnia hujus Generis Privilegia hæctenus illi Typographiæ competentia, & à prædecessore meo in ipsum collata, tribuo & confirmo; Ut iisdem omni meliore modo, contra ante dictos, & quoscunque alios illius Cæsarei Privilegii Violatores utatur, & indemnitati suæ consulat, in librorum ante memoratorum, aliorumque cum supra posito Societatis Jesu consensu Dilingæ impressorum, ac imprimendorum distractione. In quorum omnium fidem, ac testimonium, has meâ manu subscripsi, ac Sigillo mei officii, communivi. Dilingæ 22. Junii. Anno 1676.

BENEDICTUS PAINTER S. J.